

### SECRETÁ

Concéde, quaesumus, omnipotens Deus: ut huius sacrificii munus oblátum, fragilitátem nostram ab omni malo purget semper, et múniat. Per Dóminum nostrum Iesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat, in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia saecula saeculórum.

**M. - Amen.**

O Dio onnipotente, concedici, Te ne preghiamo, che questa offerta a Te presentata, difenda e purifichi sempre da ogni male la nostra fragilità. Per nostro Signore Gesù Cristo, tuo Figlio, che è Dio, e vive e regna con Te, nell'unità dello Spirito Santo, per tutti i secoli dei secoli.

**M. Amen.**

### PREFAZIO DELLA SS. TRINITÀ

#### COMMÚNIO

*Mc.* 11, 20 - Amen dico vobis, quidquid orátes pétitis, crédite quia accipiétis, et fiet vobis.

*Mc.* 11, 20 - In verità vi dico: tutto quanto domandate, credete di ottenerlo, e vi sarà dato.

#### POSTCOMMÚNIO

Múnera tua nos, Deus, a delectatióibus terrénis expédiant: et coeléstibus semper instáurent aliméntis. Per Dóminum nostrum Iesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat, in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia saecula saeculórum.

**M. - Amen.**

I tuoi doni, o Dio, ci distolgano dai diletti terreni e ci ristorino sempre coi celesti alimenti. Per nostro Signore Gesù Cristo, tuo Figlio, che è Dio, e vive e regna con Te, nell'unità dello Spirito Santo, per tutti i secoli dei secoli.

**M. Amen.**

#### *Inter Multiplices Una Vox*

*Associazione per la salvaguardia della Tradizione latino-gregoriana*

C. P. 3218, UDR Marsigli, 22, 10141 Torino

tel: 011-972.23.21 - fax: 011-550.18.15 - c/c postale n° 27934108

Indirizzo internet: [www.unavox.it](http://www.unavox.it) - Indirizzo posta elettronica: [unavox@cometacom.it](mailto:unavox@cometacom.it)

**Torino 2006 - Pro manuscripto**

### MESSALINO FESTIVO

Testo latino e traduzione italiana

### PROPRIO DELLA S. MESSA

tratto dal *Missale Romanum* a. D. 1962 promulgatum

### II Domenica mobile (IV dopo l'Epifania)

#### INTRÓITUS

*Ier.* 29, 11, 12 et 10 - Dicit Dóminus: Ego cógito cogitatiónes pacis, et non afflictiónis: invocábitis me, et ego exáudiam vos: et redúcam captivitátem vestram de cunctis locis.

*Ps.* 84, 2 - Benedixísti, Dómine, terram tuam: avertísti captivitátem Iacob.

Glória Patri...

*Ier.* 29, 11, 12 et 10 - Dicit Dóminus:...

*Ger.* 29, 11, 12 e 10 - Dice il Signore: Io ho pensieri di pace e non di afflizione: mi invocherete e io vi esaudirò: vi ricondurrò da tutti i luoghi in cui siete stati condotti.

*Sal.* 84, 2 - Hai benedetta la tua terra, o Signore: hai distrutta la schiavitù di Giacobbe.

Gloria al Padre...

*Ger.* 29, 11, 12 e 10 - Dice il Signore:...

#### ORÁTIO

Deus qui nos in tantis perículis constitútos, pro humána scis fragilitáte non posse subsistere: da nobis salútem mentis et córporis; ut ea, quae pro peccátis nostris pátimur, te adiuvánte vincámus. Per Dóminum nostrum Iesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat, in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia saecula saeculórum.

**M. - Amen.**

O Dio, che sai come noi, per l'umana fragilità, non possiamo sussistere fra tanti pericoli, concedici la salute dell'anima e del corpo, affinché, col tuo aiuto, superiamo quanto ci tocca patire per i nostri peccati. Per il nostro Signore Gesù Cristo, tuo Figlio, che è Dio, e vive e regna con Te, nell'unità dello Spirito Santo, per tutti i secoli dei secoli.

**M. - Amen.**

#### EPISTOLA

Lectio **Epistolae** B. Pauli Ap. ad *Romános*, 13, 8-10

Fratres: Némini quidquam debeátis, nisi ut ínvicem diligátis: qui enim díligit próximum, legem implévit. Nam: Non adulterábis: Non occídes: Non furáberis: Non falsum testimónium dices: Non concupísces: et si quod est áliud mandátum, in hoc verbo instaurátur: Díliges próximum tuum sicut teípsum. Diléctio próximi malum non operátus. Plenitúdo ergo legis est diléctio.

**M. - Deo grátias.**

Lettura della **Lettera** del B. Paolo Ap. ai *Romani*, 13, 8-10

Fratelli: Non abbiate con alcuno altro debito che quello dell'amore reciproco: poiché chi ama il prossimo ha adempiuta la legge. Infatti: non commettere adulterio, non ammazzare, non rubare, non dire falsa testimonianza, non desiderare, e qualunque altro comandamento, si riassumono in questo: Amerai il tuo prossimo come te stesso. L'amore del prossimo non fa alcun male. Dunque l'amore è il compimento della legge.

**M. - Deo grátias.**

#### GRADUALE

*Ps.* 43, 8-9 - Liberásti nos, Dómine, ex affligéntibus nos: et eos, qui nos odérunt, confundísti.

In Deo laudábimur tota die, et in nómine tuo confitébimur in saécula.

*Sal.* 43, 8-9 - Ci liberasti da coloro che ci affliggevano, o Signore: e confondesti quelli che ci odiavano.

In Dio ci glorieremo tutto il giorno e il suo nome celebreremo in eterno.

#### ALLELÚIA

**Allelúia, allelúia.**

*Ps.* 129, 1-2 - De profúndis clamávi ad te, Dómine: Dómine, exáudi oratiónem meam. Allelúia.

**Allelúia, allelúia.**

*Sal.* 129, 1-2 - Dal profondo Ti invoco, o Signore: o Signore, esaudisci la mia preghiera. Allelúia.

#### EVANGÉLIUM

Sequéntia S. **Evangélii** secundum *Matthaéum*, 8, 23-27

In illo témpore: Ascendénte Iesu in navículam, secúti sunt eum discípuli eius: et ecce motus magnus factus est in mari, ita ut navícula operirétur flúctibus, ipse vero dormiébat. Et accessérunt ad eum discípuli eius, et suscitavérunt eum dicétes: Dómine, salva nos, perímus. Et dicit eis Iesus: Quid timidi estis, módicae fídei? Tunc súrgens, imperávit ventis et mari, et facta est tranquíllitas magna. Porro hómínes miráti sunt, dicétes: Qualis est hic, quia venti et mare obédiunt ei?

**M. - Laus tibi Christe.**

Séguito del S. **Vangelo** secondo *Matteo*, 8, 23-27

In quel tempo: Gesù montò in barca, seguito dai suoi discepoli: ed ecco che una grande tempesta si levò sul mare, tanto che la barca era quasi sommersa dai flutti. Gesù intanto dormiva. Gli si accostarono i suoi discepoli e lo svegliarono, dicendogli: Signore, salvaci, siamo perduti. E Gesù rispose: Perché temete, o uomini di poca fede? Allora, alzatosi, comandò ai venti e al mare, e si fece gran bonaccia. Onde gli uomini ne furono ammirati e dicevano: Chi è costui al quale obbediscono i venti e il mare?

**M. - Lode a Te, o Cristo.**

#### ANTÍPHONA AD OFFERTÓRIUM

*Ps.* 129, 1-2 - De profúndis clamávi ad te, Dómine: Dómine, exáudi oratiónem meam: de profúndis clamávi ad te, Dómine.

*Sal.* 129, 1-2 - Dal profondo Ti invoco, o Signore: o Signore, esaudisci la mia preghiera: dal profondo Ti invoco, o Signore.